Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

plures enim nobiscum sunt quam
cum illis. Cumque orasset heliseus
ait. Domine aperi oculos
huius ut videat. Et aperuit
dnus oculos pueri. Et vidit et
ecce mons plenus equorum et
curruum igneorum in circuitu he
liseo. hostes vero descende
runt ad eum. Porro heliseus
orauit dnm dicens. Percute
obsaro gentem hanc cecitate.
Peraggitque eos dnus ne vi
derent verbum heliseo. Dixit
autem heliseus ad eos. Non est
hec via nec ista est ciuitas.
Sequimini me et ostendam vi
rum quem quaeritis. Deduxit eos
eos in samariam. Cumque
in medio essent samariam.
Dixit heliseus. Dne aperi
oculos istorum ut videant. Ape
ruitque dnus oculos eorum. et
viderunt se esse in medio sa
mariae. Dixitque rex israel ad
heliseum cum vidisset eos. Nu
quid percutiam eos pater mi.
At ille ait. Non percutias. Neque
enim capisti eos gladio et ar
cu tuo ut percutias. Pone pa
nem et aquam coram eis ut co
medant et bibant. et vadant
ad dnm suum. Appositaque est
eis cibum magnum nimis.
Et comederunt et biberunt et
dimisit eos. Abiereque ad
dnm suum. et vltra non vene
runt latrones terre israel.
Factum est autem post hec
congregauit benadab rex sy
rie vniuersum exercitum suum
et ascendit et obsedit sa
mariam. Facta est fames
magna in samaria. et tam
diu obsessa est. donec ve
nundatum est caput asini lxxx
argenteis. et quarta pars ca
pisteri stercoris columbarum
v argenteis. Cumque rex israel
transisset per murum mulier quedam
clamauit ad eum dicens. Sal
ua me dne mi rex. Cui
ait. Non te saluet dominus
Unde saluare te possum. De
area an de torculari. Dixit
que ad eam rex. Quid tibi vis.
Cui cum dixisset. Mulier ista
dixit michi. Da filium tuum
vt comedamus eum hodie
et filium meum comedamus cras
Coximus ergo filium meum et
comedimus. Dixique die al
tera. Da filium tuum vt come
damus eum. Cum abscondit
filium suum. Quod cum audisset
rex. scidit vestimenta sua
et transibat super murum. vi
detque omnis populus cilicium q̃
vestitus erat rex. ad carnem
in interiora et ait. Hec faciat
michi deus et hec addat.
si steterit caput helisei filii
saphat super ipsum hodie. He
liseus autem sedebat in domo
sua. et senes sedebant cum
eo. Premisit autem nuntium
Et antequam veniret nuntius ille
dixit ad senes. Nunquid scitis
quod miserit filius homicide
huc et perdat caput meum.
Videte cum venerit nuntius
claudite ostium. et non sinatis
eum in domum. Ecce ei sonitus
pedum dmi eius post eum est
Adhuc illo loquente eis. ap
paruit nuntius qui veniebat
ad eum et ait. Ecce malum
hoc a dno est quod amplius
expectabo a dno. Capitulum xxi